AUGUSTINUS, IN IOHANNIS EVANGELIUM TRACTATUS CXXIV (LIBRI XV-XXXVI)
Salzburg, St. Peter 821-836 Seite 165r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36447
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



habens quattuor ꝑsonas hominis uituli. leonis. aqui
lę, Qui ante nos scripturarum sanctarum mysteria tractauerunt plerique in hoc animali uel potius in his animalibus quattuor euangelistas intellexerunt. Leonē pro rege positum qn̄m leo uidetur. rex. eē quodam modo bestiarum propt̄ potentiam et t̄ribile fortitudinē. Hanc ꝑsona tributa est matheo quia in generationibus dn̄i regiam seriem ꝑsecutus est. quē ammodū esset dn̄s ꝑ stirpem regiam de semine dauid regis. Lucas aut̄ quō coepit a sacerdotio zaharię sacerdotis faciens mentionē patris. iohannis baptistę uitulo deputatus. ē. quia magna uictima uitulus erat in sacrificiis sacerdotum,.
Marco homo xp̄s merito adsignatus. ē. quia neque de regia potestate aliquid dix̄. Neque de sacerdotali coepit. sed tantum ab homine xp̄o exorsus est. hi om̄s prope deterrenis. idest de his quae interrages sit dn̄s nr̄ ih̄s xp̄s non recesserunt de diuinitate eius ꝑ pauca locuti sunt tamquā interra cū illo ambulantes restat. Aquila ipsa est. iohannes sublimiū predicatur. et lucis int̄ne atq; aet̄nę fixis oculis contē plator. Dicuntur enī et pulli aquilarū